Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



140

GVM·

Venitq; dauid in regem super israel·
filius·xxx·annorum erat dauid cum
regnare cepisset· et·xl·annis regna
uit· In hebron regnauit super iudam
vii· annis· et vi· mensibus· In hierusalem
autem regnauit·xxxiii· annis·
super omnem israel et iudam· Et abiit
rex et omnes uiri qui erant cum eo
in hierusalem· ad iebuseum habitatorem
terre· Dictumq; est ad dauid a eis·
Non ingredieris huc· nisi abstuleris
claudos et cecos dicentes· Non in
gredietur dauid huc· Cepit autem dd
arcem sion· Hec est ciuitas dauid·
Posuerat enim dauid in die il
la primum ei qui percussisset iebu
seum· et tetigisset domatim fistulas·
et abstulisset cecos et claudos odien
tes animam dauid· Idcirco dicit in
prouerbio· Cecus et claudus non intra
bunt in templum· Habitauit
autem dauid in arce· et uocauit ea
ciuitatem dauid· Et edificauit
per gyrum a mello et intrinsecus·et
ingrediebatur· proficiens atq; fuc
crescens· et dominus deus exercituum
erat cum eo· Misit quoq; hyram
rex tyri nuntios ad dauid· et lig
na cedrina· et artifices lignorum· ar
tifices quoq; lapidum ad parietes· et
edificauerunt domum dauid· Et cog
nouit dauid quod firmasset eum dominus
regem super israel· et quod exaltasset re
gnum eius super populum suum israel·
Accepit quoque dauid adhuc concubinas
et uxores de hierusalem· postquam uenerat
de hebron· Natiq; sunt dauid alii
filii et alie filie· Hec nomina eo
rum qui nati sunt ei in hierusalem· Samua·
et sobab· et nathan· et salomon· et ybe
har· et helisua· et nefeg· et iafia· et
helisama· et heliada· et heliphelech· Au
dierunt quoque philisthiim quod unxisset
dauid regem super israel· et ascenderunt
uniuersi ut quererent dauid· Quod cum
audisset dauid descendit in spiraculum·
Philisthiim autem uenientes diffu
si sunt in valle raphaim· Et consulu
it dauid dominum dicens· Si ascenda
ad philisthiim· et si dabis eos in ma
nus meas· Et dixit dominus ad dauid·
Ascende· quia tradens tradam phi
listhiim in manu tua· Venit
quoque dauid in baalpharasim· et percus
sit eos ibi· et dixit· Diuisit dominus
inimicos meos coram me· sicut di
uiduntur aque· Propterea uocauit
nomen loci illius baalpharasim·
Et reliquerunt ibi sculptilia sua· quo
rum tulit dauid et uiri eius· Et addidi
runt adhuc philisthiim ut ascen
derent· et diffusi sunt in valle ra
phaim· Consuluit autem dauid
dominum· Si ascendam contra philisthiim
os· et si trades eos in manus meas·
Qui respondit· Non ascendas obui
am eis· sed gyra post tergum eorum·et
ueniens ad eos ex aduerso piros· Et
cum audieris sonitum clamoris
gradientis in cacumine piros· tu
nc egredieris· quia tunc egredietur dominus
ante faciem tuam· ut percutiat castra
philisthiim· sicut fecit dauid
sic preparat ei dominus· et percussit
philisthiim de gabaa usque dum
uenias gezer·
Congregauit autem rursum dd
omnes electos ex israel· xxx·
milia· Surrexitq; dauid et abiit·
et uniuersus populus qui erat cum eo
de uiris iuda· ut adducerent arcam
dei· super quam inuocatum est nomen
dominum exercituum sedentis in cheru
byn super eam· Et imposuerunt arcam
dei super plaustrum nouum· Tulitque
arcam de domo aminadab· quae erat
in gabaa· Oza autem et ahyo filii a
minadab minabant plaustrum
nouum· Cumque tulissent eam de domo
aminadab qui erat in gabaa cum